



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Germanica

Châteillon, Sébastien

[S.l.], 1558

Capvt XL.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54866](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54866)

*An co-
gnosci
possit
Deus, et
tamē nō
amari.*

Hic surgit quæstio: Quoniã hîc dictum est, qui Deum nouit, nec amat, eum nunquã fore beatũ, de hac inquã cognitione oritur quæstio, q̄ ea huiusmodi est, vt Deus cognosci possit, & tamen non amari. Atqui alibi dicitur: Vbi Deus cognoscitur, ibi & amari: & qui Deum nouit, eum etiam necessariò amare. Quî possunt igitur hæc duo contraria dicta inter sese conuenire? Ad quod ego respondeo, hîc rursus esse quiddam animaduertendum. Dictũ est antea de duobus luminib⁹, quorum alterum verum, alterum falsum sit: ad eundem modum perspiciendus est etiam duplex amor, verus & falsus, quorum vtrumq̄; oporteat ab aliquo lumine siue cognitione doceri, atq; adduci. Iam vera lux efficit verum amorẽ, & falsa lux efficit falsum amorẽ. Quod enim falsum lumen pro optimo ducit, idem etiam amori pro optimo proponit, amandumque suadet: & amor id sequitur, eiusq; præceptum exequitur. Iam superiùs dictum est, vt falsum lumen

lumen naturale sit, et natura: itaq; eius proprium est, & ad eum pertinet, quicquid nature proprium est, ad eamq; pertinet, videlicet ego, meum, mihi, hoc, illud, huius, & similia. Itaq; necesse est, ut in seipso decipiatur, falsumq; sit: nunquam enim vllum ego, aut meum, venit ad verum lumen aut scientiam in deceptum: excepto vno solo, quod est in diuinis personis. Atq; ut ad simplicis veritatis cognitionem perueniatur, necesse est, ut haec omnia facessant & pereant.

○ Hoc quoque naturalis falsiq; luminis vel maximè proprium est, ut libèter multa sciat, si fieri possit: magnaq; à sua sciètia & cognitione voluptatem, lætitiā, & gloriātionem percipiat: ideoq; semper plura pluraq; scire cupiat, nec vnquam in eo acquiescat aut cōtentum sit: & quanto plura & altiora nouit, tanto plūs voluptatis habet, & gloriātionis: atque vbi ad tantū fastigiū peruenit, ut se omnia, & super omnia scire putet, tum in summa voluptate consistit et gloriātionem, habetq; scientiā pro re optima & præstātissima: ideoq; docet, ab amore debere scientiā & co-

T H E O L O G I A

gnitionem, ceu rem optimā ac præstantissimā, amari: ita fit, vt ab eo cognoscere & scire magis ametur, q̄ id ipsum quod cognoscitur. Etenim naturale falsumq; lumē, cognitionē sciētīāq; suā, hoc est seipsum, magis amat, quā illud ipsum quod cognoscitur. Quòd si fieri posset, vt hoc naturale lumē, Deū, simplicemq; veritatem, qualis in Deo & in veritate est, cognosceret, nō tamē descisceret à sua proprietate: hoc est à seipso, & suis. Hac quidē rarione est cognitio, sine amore eius, quod cognitū est, aut cognoscitur: atq; ita in tantū fastigium ascendit atq; repit, vt putet se nosse Deum, & veram simplicemq; veritatem: atq; ita seipsum amet in seipso. Equidē Deus à nulla re cognoscitur, nisi à Deo. Et quia lumē illud putat se nosse Deum, putat etiā se esse Deum, seq; pro Deo veditat, & Deū haberi vult: quòd sit omnibus rebus sanè dignū, & in omnia ius habeat, omniaq; superauerit & vicerit, & similia: etiāque Christum ipsum, & Christi vitam, & omnia ludibrio habeat. Nec enim vult esse Christ⁹: sed vult esse Deus in sempiternū. huius
rei

rei causa est, quòd Christus eiusq; vi-
ta, est omni naturæ contraria atq; o-
nerosa: itaq; eã non sustinet natura,
sed vult Deus esse in sempiternũ, nõ
homo: & quidem libenter vellet se
Christum esse, qualis nũc est post re-
surrectionem. Est enim hoc totũ, na-
turæ facile, iucundum, & amœnum.
Ideoq; ducit id natura optimũ, quia
sibi optimum esse putat. Ab hoc qui-
dem falso lumine, & ab hoc falso de-
ceptoq; amore, cognoscitur aliquid,
& tamen nõ amatur: sed cognitio &
scientia magis amatur, quàm idip-
sum quod cognoscitur.

Est etiã cognitio, quæ sciẽtia nun- *Falsa sci-*
cupatur: neq; tamen scientia est, vi- *entia.*
delicet cùm ex auditione, aut lectio-
ne, aut singulari literarũ peritia, pu-
tat homo se plurima scire: id quod
scientia appellatur, seque hoc aut il-
lud scire dicit. Quod si roges vnde id
sciat, respondebit se legisse in literis,
& similia. hoc quidẽ scire & cogno-
scere vocatur: sed non est scire, sed
credere. Hac quidem sciẽtia & cog-
nitione multa cognoscuntur & sci-
untur, quæ tamen non amantur. *Falsus*

Est præterea amor quidam omni *amor.*

T H E O L O G I A

no falsus, videlicet cū aliquid ama-
 tur ob præmiū : vt si quis iustitiam,
 sed vt aliquid hac ratione cōsequa-
 tur, & similia. Item, cū aliqua crea-
 tura aliā amat propter aliquid suū,
 aut si creatura Deū propter aliquid
 amat, tū falsa sunt omnia, estq; amor
 hic naturæ maximè proprius: nec a-
 lium vllum, nisi hunc amorē, præsta-
 re potest, aut scit natura, vt natura.
 Nā si quis hoc perspicere possit, ni-
 hil amat natura vt natura, nisi seipsā:
 hoc quidem pacto aliquid pro bono
 agnoscitur, & non amatur. At verus
 amor, docetur & ducitur à vero lu-
 mine & cognitione: verūq; & æter-
 num, siue diuinum lumen docet a-
 morem nihil aliud amare, quàm ve-
 rum, simplex, perfectumq; bonum:
 idq; nullam aliam ob rem, quàm ob
 bonū: neq; quia hoc, aut illud, aut
 omnino quippiā ab eo, nomine mer-
 cedis, habere velis: sed amore boni,
 & quia bonum est, meritoq; amari
 debet. Quod ita à vero lumine co-
 gnoscitur, id etiam à vero amore a-
 mari necesse est. Iam non potest per-
 fectum bonū, qui Deus nominatur,
 cognosci, nisi à vero lumine: itaq;
 etiam

*Verus
 amor.*

etiam ametur, oportet, ubi cognoscitur, aut cognitum est.

CAPVT XLII.

Hoc etiam animaduertendum est, in quo homine verum lumen, & verus amor est, in eo verum perfectumque bonum cognoscitur, & amatur à seipso: idque non ita ut id ipsum à seipso, & ut seipsum amet: sed ut verum simplexque bonum.

Et quidem id quod perfectum est, nihil potest aut vult amare, quatenus ab eo amatur, nisi unum verumque bonum. Et quia ipsum est illud ipsum, oportet, ut ipsum seipsum amet: & quidem non seipsum, ut seipsum: neque à seipso, ut à seipso: sed sic & quatenus unum verumque bonum, amat unum, verum, perfectum bonum: & unum, verum, perfectum bonum, amatur ab uno, vero, perfecto bono. Atque hac ratione dicitur, & verum est, Deum non amare seipsum, ut seipsum. Si enim esset aliquid melius Deo, id amaret Deus, non seipsum: siquidem in hoc vero lumine, & in hoc vero amore, non est aut manet vel ego, vel meum,

De vero amore boni.